

Incipit liber de vita religiosorum



Deligosorum dat hic
 doctrina viroꝝ
Que bñ discētes
 ⁊ in illa pñāētes
Esse docet tales
 tā iustos spūales
Et v̄tute cruce veni
 ant ad gaudia lucis
Laus ⁊ hōꝝ xp̄e tua
 gloria sit h̄ber iste

Vitę timorosi documentum religiosi
Quo bene serueſcit virtutibus vñdiqū crescit
Moꝝ ribus cœnetur vivens in pace morietur
Te dute letetur sit saluus cum morietur
Sulcipe viuendi doctrinam proficiendi
Quam tibi deſcripſi quia ſeruuus es crucifixi
Hec tibi doctrina moralis ſit medicina
Per quam pꝛ iſicias et cautior vñdiqū ſias

De memoria mortis

Sepe recorderis bone frater q̄ morieris
In tractu mortis nimis eſt anguſtia fortis
Quam tu guſtare nec oportet te dubitare
Deks in fine nec proſunt tuar medicine

Hanc si mente geris si credis et esse fateris
Etur non talis eris quasi mortem iam patereris
Dum tristes eris nisi uiuens hec opereris
Per que salueris post mortem glorificeris
Quod fecisse uoles in tempore quo morieris
Hec facias uiuens dum corpore sanus haberis
Spernere coneris que nolles si morereris
Que nolles moriens operari respice uiuens
Hec fuge uiuendo que nolles et moriendo
Hoc age uicturus quod uelles et moriturus
An te tuos oculos in cunctis preuisa sit mors
Mortem corde tene si uis te noscere plene
Si caro te sedat mors non de corde recedat
Pone cor ad mortem uiciorum pelle cohortem

Quod homo reputet se defunctum

Quidquid agas fortem uententem respice mortem
Sis quasi defunctus quasi fetidus atq; sepultus
Talem te reputes ut cuncta pericula uites
Non sis absq; metu suspirans utere fletu
Pensa cum gemitu quia massa putredinis es tu
In te quidquid habes est fetor et horrida laeas
Qui cito uerteris in feces cum morieris
Forte sepultus eris tunc q; tu mediteris
Te reputa uultum si credis uiuere multum
Pec domino seruis sed semper ubiq; proteruis

260

Fetofagi multi tua rodent membra sepulti
Fac bene ne cesses viuas quasi mortuus esses
Qui cito marcesses. et tumba qua requiesces
Undiq; corrosus. et totus vermiculosus

Quò homo debet de sepulchro cogitare

Hoc tibi sit menti carnem superare volenti
Qualiter in turpi stabis fetore sepulchri
Pallidus obscurus et vermibus esca futurus
Et tibi sit lucrui caute memorare sepulchrum
In quo fetebis putrefactus quando iacebis
Sic caueas homini ne dicas dedicus vlli

Quò homo fugiat ludum nec curet ludere

Ludere non cures quis posses ledere plures
Non laudo ludum nec ludi diligo fructum
Sepe suam ledit animam qui ludere querit
Et satis illusus qui ludos vertit in usus
Respue ludentes et ludos et cupientes
Non cupias ludum sed xristum respice nudum
Non cruce ludentem pro nobis sed morientem
Sperne iocos prauos crucifixi respice clauos
Aspicias mundas crucifixi sanguinis ondas
Et domini lacrimas pro nobis in cruce fusas
Sanguine nos emit qui nos moriendo redemit
Hunc bene qui cernit ludos et friuola spernit
Ille beatus erit crucifixum qui modo querit

Qualiter hō semp crucifixō inhereat

Firmiter innixus tibi cordi sit crucifixus
Sit tibus et potus ihesus tuus in cruce totus
In cruce sit nudus. tibi letus. sit tibi ludus
Cruce quasi melhita tibi sit dulcissima vita
Qua bene pascaris qua viuas qua moriaris
Dū comedūt fratres comedas ⁊ tu reuerenter
Pro quibus hec dentur retolas orando libenter
Sustando tantus. sis sobrius et moderatus
Serua gustando. quid. quātū. quō. quando
Ne doleas mentem. studeas rōpescere ventrem
Iesio sit menti nisi sit custodia ventri
Non circūspicias alios. cum sumptis escas
Corpre pascaris. s̄ cordis pace fruaris
Non aliter comedas. nisi certa semper in hora
Qua comedunt alij. nec queras tunc meliora
Finito cibo referatur gratia xp̄istio

Qualiter anima pasci debeat

Ut pascas animam. satagendo perlice curam
Si corpus fragile. fetidum. miserabile. turpe
Debile pecciferū moribundum funditus egrum
Cum quā ali sit ceuum marcens putredine plenū
Vndiq̄ probrosū vas fedum vas maculosū
Q̄nto transibit moriens et forte peribit
Sit pascis satias et nutritis vermibus escas

Cur animā miserā. vacuā nō pascis egenā
Que sua vult iura. cum numq̄ sit mortura
In cruce quere tibos. que cristi pascit amicos
Et abbat illoꝝ. presertim corda viroꝝ
Qui crucis in ligno. confidunt corde benigno
Dulcis ubiq; tibus tibi cristus sit crucifixus
Passio mors te crux te sanguis inebriat et crux
Lamentum gemitus. dolor et suspiria fletus
Ista tibus sapidus et potus sunt animabus
Cites satis in cella vitando plurima bella
Que foris infestant cruciant et sepe molestant
Cellag; qua sedas. tibi sit qua relicta cernas
In qua permaneas. res contemplando supernas
Dies. atq; legas mediteris crimina plangas
In cella stabilem. te cella mente virilem
Sit tua pax anime. requies habitatio celle
Sic eris in cella. ne perdas tempus in illa
Si dubium queris. taceas ne mente vageris
Corde ihesum teneas sit saucius in cruce fias
Ut quasi passus item tecum moriaris ibidem
Segniciem pellas. vicioꝝ germina vellas
Mens tua sit munda. sit libera pacis habunda
Sit bene purgata. sit lucida pacificata
Nil tibi sit sordis. tibi sit compunctio cordis
Cum gemitu plores. studeas componere mores

Cella quiescentem te cellat proficientem
In cruce ferventem crucifixum corde gerentem
Cor teneas sursum studiose perfice cursum
Fac studium verum de cella scandito celum
Nota **N**o cellam fratris compulsus si gradiaris

Quò homo debet vitare otia

Est foris timidus submissa voce loquaris
Sicut homo pacis sermonibus utere pacis
Ecce si plura cupias discedere cura
Omnia que leuiter animas occidere possunt
Cum uiuis uita tibi semper sint inimica
Otia pigrorum fiunt sentina malorum
Per que sepe cadunt sic in discrimina vadunt

Quò religiosus homo debet se exercitare

Nota **C**um faciunt opera fratres cõmuniter illa
Surge cito propra uenias gaudenter ad illa
Nec sis postremus ueniendo sed quasi primus

De diuino officio quò reuerẽter dicatur

Cum campana sonat confestim surge uolenter
Intrans ecclesiam studeas orare frequenter
Intrans primus eris stans ultimus egredieris
Ora deuotus intenta mente quietus
Hec tria sint tecum. gemitus. suspiria. fletus.
Si uis orare pedibus tibi consulo stare
Sed melius statur orando quàm sedatur

Et magis vtiliter et honeste plus reuerenter
Celos aspicias. deuote. qui pius oras
More ihesu facias. gemitus. suspiria promas
Del genibus flexis uescens celestibus escis

¶ De fletu ⁊ lacrimis

¶ Des operam lacrimis. ludeas pascaris in illis
Plangere nitaris et planctibus afficiaris
Ut consolereis dulcedine qua potteris
Ne nimis indurat qui nunq̃ plangere curat
Sepius effunde lacrimas et pectora tunde
Cordis habe gemitum. dum uiuis semper amicu
Pre mala te frangant tibi cor suspiria tangant
Si fles peccata. dabitur tibi uita beata
Sepe dolens plora qui queris regna decora

¶ Q̃ nūq̃ malū de proximo dicas

¶ Nunq̃ despicias alios. sed nec maledicas
Que bona sunt discas. aliquā non respicias
Semper proficias. ihesu bonus assecra fias
Nulla sepulcorū tibi sunt suffragia morū
Cum tibi res pulchra blanditur cerne sepulchra

¶ Q̃ hō cogitet q̃ erit uile cadauer

Uile cadauer eris rege te super hoc mediteris
Uile cadauer eris uideas quid nunc opereris
Uile cadauer eris qui splendidus esse uideris
Uile cadauer eris. cur sic lasciuus haberis

Nile cadaver eris. cur non peccata vereris
Nile cadaver eris. cur ergo tumescere queris
Nile cadaver eris. famuleris non domineris
Nile cadaver eris. tibi semper iustificeris
Nile cadaver eris. tibi vilior esse puteris
Nile cadaver eris. minor omnibus esse proberis
Nile cadaver eris. timeas ne tu reproberis
Nile cadaver eris. studeas ut iustificeris
Nile cadaver eris. crucifixum sic pmiteris
Nil cruce salueris. crucifixo consorteris

¶ Quid sit faciendum ut ho sit bon? religiosus

¶ Si cupis esse bonus et verus religiosus
Nil placeas xpisto. super hoc bene sis studiosus
Carnem compesce. Aude castissimus esse
Verba locus usus visus tactus gula risus
Quot deceperunt. qui caste vivere querunt
Protinus agnosce resista quod posset obesse
Comede pro posse cum noueris esse necesse

¶ ¶ homo non obediat carni

¶ Carni ne credas. fugias a late re redas
Que te fedare vult ledere vult maculare
Sicut ab interitu caueas a fulminis ictu
Ne tibi se sibi te dones sed carnem sub pede ponas
Quam bene calcabis constringas atq; domabis
Nil bene proficiat crucifixo subdita fiat

Quid sit ipsa caro

Est caro dampnosa res lubrica res ruinosā
Feda mendosa res horrida perniciosā
Falsa ruminosa. vaga labilis et furiosa
Ecce tenebrosa res sordida. res maculosa
Vilis et exosa res fetens obprobriosa
Vndiq; corrupta. miserag; propagine ducta
Bestia crudelis. infelix plena querelis

Quod homo habeat gravitatem

Quātūcūq; potes. gravitatem semper habeto
Fratribus obprobria effundere verba caueo
In cunctis humilem studeas te reddere multum
Sis bene sollicitus. fratrum vitare tumultum

De silentio

Si vis gaudere studeas in pace silere
Passus amara sile cor nobile ferta virile
Et sileas corde nec non veraciter ora
Ne reprehendaris caueas ut recta loquaris
Vir magis est tutus tacitus q̄ sepe locutus
Hoc bene seruanti laus est in carne manenti
Magna quidem vere sapientia scire tacere
Religiosè tace. fuge lites. utere pace
Passus et afflictus fuerat ihesus benedictus
Sis ergo tacitus ut et ipsum sis pmitatus

De ocio fugiendo

Orcia sic obsunt animas sic ledere possunt
Qui sectantur sordescunt et maculantur
Orcia spernenda quasi pestis sunt fugienda
Proxius in hac vita tibi semper sint inimica
Corde manu lingua fac corde negotia digna
Sudavit dominus cur diligit orcia seruus
Mentem sudores pro xpisto ferre labores
Qui pro te fleuit crucifixus non requieuit
In cruce languescas igitur nec tu requiescas

De bonis moribus

Dilce bonos mores ut fratres semper honores
Iure senes iuvenes et magnos atq; minores
Esto verecundus tacitus sermone modestus
Virq; timoratus reuerens discretus honestus
Condoleas alijs et multum compaciaris
Sis homo sensatus caueas ne falsa loquaris
Sermo tuus cunctus sit verus semper et unctus

De rumoribus fugiendis

Tu noua non referas faceas nec talia queras
Rumores vanos mundanos sperne prophanos
Non referas verba que numq; sunt referenda
Est nimis in lingua modus et mensura tenenda

I homo loquatur cum conditione
aliquid promittendo

Si quidquid fari proponas aut operari

Vtere sermone cum quadam conditione
Dicens hoc faciam studeas apponere forsitan
Nullus prenoscit quidquid contingere possit
Nemo potest scire que possunt cuncta venire

¶ De obsequio faciendo

Cum facis obsequium facias in pace silenter
Post opus impletum discedas tunc sapienter
Nitere prudenter cunctis seruire libenter
Te satis exerce studeas sufferre laborem
Hoc solum facias crucifixi propter amorem

¶ De infirmis

Sis pius infirmis benefac sis sedulus illis
Cum magis indigeant per te sibi plurima fiant
Auxiliare satis afflictis et tribulatis
Quod fieri tibi vis alijs fac quando valebis
Hoc facias alijs quod ab ipsis ipse requiris
Numq̃ contendas sed solum te reprehendas
Si reprehensus eris te corrige ne tribuleris
Sed magis intendas ad grates tunc referendas
Ut fugias lites simul et conuicia vites
Tede resistenti contraria verba loquenti
Tunc bene maior eris si vinci te pacieris

¶ Q homo se humiliet ne reprehendatur

Si qui contendunt et dure te reprehendunt
Tunc dicas illis et magis atq̃ pusillis,

Sum peccator ego qui culpa non sine te go
Vos michi parcatis parcendo sufficiatis
Sic domino cari studeatis me miserari
Et vobis veri cupitis ihesum misereri
Et parci vobis cupitis sic parcite nobis
Non blasphemabis et turpia non resitabis
Mundiciam cordis et lingue semper amabis
Nomine clamabis proprio quęcūq; vocabis
Nec sis verbosus et nulli sis onerosus
Sis bene lucrosus sis omnibus obsequiosus
Et bene procedas plus doctis q̄ tibi credas

¶ homo debet semp obedire maiorib?

Promptus obedire maioribus inueniaris
Sepius et pure deuote confitearis
Serua sollicitate sicut mandata fuerunt
Que tibi discrete maiores instituerunt
Re valeas ledi prelato semper obedi
Quem tu portabis paciens reuerenter amabis
Semper honorabis merito pro posse iuuabis
Qui bene patebis quasi patrem iure timebis
Si tot adhuc ponis nosces quia ius rationis
Hoc iubet hoc recipit hoc postulat atq; requirit
Xpistus obediuit pro te pauperculus iuit
Medicus audiuit doluit fleuitq; sitiuit
In cruce dormiuit postq; tormenta subiuit

Be nimis afflixit pro te dum corpore vixit
Indiscrete preceps mendax rixosa dolosa
Murmurat obliquat ardet male perficit obstat
Fur rapit excusat fugit transigit cauillat

Quod homo sit in omnibus humilis et subiectus

Sis humilis corde si viuere vis sine corde
Sit tibi sermo grauis humilis dulcisq; suauis
Sit tuus incessus placidus maturus honestus
Sis humilis valde sis corpore pronus ubiq;
Demisso capite demissa subdere mente
Mens tua sit sursum factes tua fixa dorsum
Respicias terram quoniam uerteris in illam
In modica fossa raro stabunt sanguis et ossa
Una breuis fossa carnem retinebit et ossa
Pro te sollicito deplange pericula uite
Finis ostendit quo mundi gloria tendit
Tu uicium vince tua flens peccata relinque
Sis humilis rite sine fraudibus et sine lite
Sit tibi discendi potius q; cura docendi
De minimis discite sis paruulus et minor ipse
Sis humilis seruus nec sis sermone proteruus
Nec te laudabis nec te magnum reputabis
Cum miser et cecus sis pauper hominis nudus
Sordibus obscenus fragilis putredine plenus
Sis humilis christi teneas exempla magistri

Ut patiens humilis sis ad tormenta virilis

Quod nomen christi habeatur in reuerentia

Flecte caput christo dum corpore uiuis in isto

Si caput inclinas christo tibi das medicinas

Si caput inclinas poteris vitare ruinas

Quando ihesum christum quis nominat hunc bndictum

Si bene cor preces caput illi flectere debes

Mirificum christum quotiens quis nominat ipsum

Ilico flectatur caput illi cor fateatur

Laus sibi promatur crucifixum lingua loquatur

Ut benedicatur hoc semper mens teneatur

Sit tibi vox blandis christum cum protinus audis

Dici narrari seu scribi vel recitari

Sit tibi cor plangens et amoris fatibus ardens

Ihesum quem queris contemplas hunc mediteris

Hunc laudare uelis dum uixeris et morieris

Ad laudem christi crucifixi nos miserantis

Corporis et mentis caput hoc flectatur amanti

Quod ho no sit ad risu pn? vel facitis ad dissolutione

Non sis ad risum pronus qui uis paradysum

Nam nimius risus nimis est quandoq; nociuus

Mos est stultorum nimium ridere uirorum

Hoc inhonestatis puto signum vel leuitatis

Quod homo fugiat omnes mulieres

Si christum queris vultum fugias mulieris

Cedere teneris fugiendo nō reprobis

Tecum bella geres si cernere vis mulieres

Si procul astabis anime tibi iurra parabis

Vinas lege poti mulieres cernere noti

Respue sic illas ac maguas atq; pusillas

Ut nullam noctas nec tecum viuere potcas

Illud mente gere nisi caueris a muliere

Non poteris vere crucifixo iure placere

Cum tecum loqueris tunc pauis utere verbis

Sollicite multum studas auertere vultum

Non bene munitur qui prospicit unde feritur

Femina formido semper sit ubiq; perito

Qui cupit eterna celestia regna superna

Sunt quasi merores mulieres sintq; timores

Et quasi spinarum punctura visus earum

Tahiter horrebis mulieres siue cauebis

Ut quasi serpentes fugias mordere volentes

Femina preclara facie quasi pestis amara

Et quasi caligo rubigo mortis origo

Femina iustorum laqueus quasi morbus eorum

Femina sepe ferit hominem qui mollia querit

Et quasi fermentum cor rumpit cor sapientum

Vinere si cupias fugias ne tu prope has

Et vix accedas compulsus sponte recedas

Consulo sic esse nisi sit quandoq; necesse

De triplici amicitia vitanda

Non sit amicitia triplex nimium tibi stricta
Pseudo viros fugias et eorum dogmata ficta
Et fuge mellita mulierum verba polita
Vtere cum senibus que sunt puerilia vita

Cum quibus debet homo conuersari

Qui tibi sunt patres speciales elige fratres
Sint mores quorum quasi flos et lux aliorum
Cum quibus utaris mores exempla sequaris
Hunc habeas morem teneas ubicumque moraris
Actus considera quorum scis fore vita beata

Quo homo debeat fugere loca in quibus illicita audiuntur

Porticus et vici semper tibi sint inimici
In quibus illicita referuntur noxia dicta
Ut bene paratus pacificus sit foris intus
Ses alibi potius dum vis requiescere pausa
Non tibi ses sedas nisi debita sit tibi causa

Quo homo semper sit amicus paupertatis

Perpetuus fidus sis paupertatis amicus
Que te sedetur in te videatur ametur
Hec tibi sponsetur tua sit tecumque moretur
Huius amator eris dum vixeris et morieris
Paupertas pura vult quatuor ad sua iura
Huc non liuore nil velle suum nec habere
Pauper amicorum rerum census viciorum

Quā delemus domino ihesu condolere

Si iustus fueris crucifixo compatieris
In cruce semper eris dum vixeris et morieris
Si vis regnare crucifixo compatiare
Secum portare cruciamina non vereare
In quo si speras crucifixi vulnera queras
Ihesum mente geras sibi laudes concine veras
Verbera huius crucifixi plange dolores
In cuius plagis nimis est medicina suavis
Condoleas christo qui seruulus es crucifixo
Fac tibi lamentum crucifixum plange cruentum
Cum domino plange te sepe doloribus ange
In cruce fige moras recolas per quas libet horas
Quam sit christus pro te cruciamina passus
Nocte dieq; pie crucifixum quere marie
Sit tibi plena fauo crucifixi dulcis ymago
Qua delectari valeas in pace morari
Et iocundari dulcedine spirit uali
In cruce distenta caro christi facta cruenta
Membra cruci iuncta clauorum cuspidē puncta
Pro te defuncta tibi sint solacia cuncta
Pone cor ad christū suspira plange magistrum
Cum lacrimis ipsum litta ihesum crucifixum
Dilce suos mores secum portare dolores
Hoc satis est equum teneas vestigia secum

Non alio vergas sed eodem tramite pergas
Fle mediatorem voluit qui ferre laborem
Corpore hinc pro te nimiumq; dolorem
Respice sudorem crucifixi lambere cruorem
Cor per merorem crucifixi plangat amorem
Verum dulcorem lapidum dulcemq; saporem
Celi candorem videas mutasse terorem
Virgineum florem nimium qui spirat odorem
Si geris hunc morem te cunctis redde minorem
Ista tue menti solacia sint cupienti
Se bene pascenti crucifixo compacienti
Cor tibi scindatur ihesus tuus ingrediatnr
Qui tibi dulcescit tna mens in qua requiescit

Quō religiosus homo viuet
Religiosē bone qui ferues religione
Te lacrimando mone fac viuens cum ratione
In cruce te pone crucifixi cognitione
Religiosē bone cor funditus in cruce pone
Plange dolorosē crucifixum religiosē
Cum gemitu flendo crucifixo compaciendo
Que tibi cor frangat compassio fortiter angat
In cruce plagatum cor fessum sit gladiatum
Tamq; si xpristum videas pro te crucifixum
In cruce pendentem cui te sic iunge dolentem
Ac si penderes moriens sicunq; doleres

Religiosorum studium laudatur eorum
Qui compunguntur crucifixo compaciuntur
Cum cruce ducuntur crucifixi verba sequuntur
Cum cruce funguntur cruce fortes efficiuntur
In cruce pascuntur cruce viuunt et moriuntur
Optima conctorum quid est medicina dolorum
Pulsio morborum confectio plena saporum
Cruce deuotorum tibus est et lux oculorum
Et decus illorum qui querunt regna celorum
In cruce vita datur ut mors inimica fugatur
In cruce qui gaudent spiritales dic sibi laudes
Sit cruce in corde cruce corpore cruce sit in ore
Cruce tibi sit redolens et dulci plena sapore
Cruce oculis coram tibi sit nec desit ad horam
Cruce manibus detur cruce auribus associetur
Intus et exterius tibi semper et undique sit cruce
Cruce tibi sit saltem visibus meditatio septem
In cruce vulneribus tua sit protectio virtus
Ut faciant multum tua queque negotia fructunt
Sepe crucis dignum studeas premittere signum
Rebus dicendis studiosius et faciendis
Cruce premittatur ut res bene perficiatur
Gloria magna tibi sit semper cruce crucifixi
Qua bene conscisi quasi flores sunt paradisi
Forma crucis sancte tibi retro semper et ante

Sit tibi sermo lucis quasi fons et copia crucis
In cruce sacrata tibi sit data vita beata
Cruce tibi sit risus cruce gloria cruce paradisus
Cruce tibi lux orta cruce vite cruce tibi porta
Cruce tibi dulcorem tribuat dulcemque saporem
Cruce tibi semper amen sit virtus atque iuuantem
Passio dominica tibi semper sit medicina
Sanguis sacratus tergat de corde reatus
Te lauet a maculis tua sit protectio sanguis
Quem deus impendit pro nobis quando precepit
Vulnera sacrata tibi sint medicamina grata
Ante cruce[m] plora crucifixum pronus adora
Ut pius absque mora te saluet mortis in hora
Sepe genu flexo flens sis coram crucifixo
Cum patre lamento lacrimis orare memento
In cruce pendente[m] qui respicis omnipotentem
Corde quidem mesto doleas et flebilis esto
Hoc age seruendo crucifixo compatiendo
Cui sis innixus quasi secum sis crucifixus
Religiosus homo cui morum dogmata promo
Cristo prestante positus in versibus ante
Sit bene munus sit in his athleta peritus
In prece deuotus quasi ferueat in cruce totus
Sit quasi plagatus crucifixo conseruiatus
Di crucis adiutus crucifixi dona secutus

Viuens gaudebit post mortem regna tenebit
In quibus est grata requies lux vita beata
Qui crucis ardore langues ipsius amore
Quodam dulcore perfunditur interiore
Dulcis amica tibi paupertas sit crucifixi
Qua nimium diues diuino munere viues
Si bene constanter illam seruabis ouanter
Pendentem nudum crucifixum respice dudum
Sanguine manantem lacrimando voriferantem
Qui voluit vere pro te lacrimando dolere
In cruce spinosus pauperculus obprobriosus

Quō hō presto sit dicere culpam

Te peccante tuam sis presto dicere culpam

Coram fratre tuo sed nec tardaueris unquam

Tu cito conaris et fratrem consiliaris

Quem tu lesisti turbasti seu nocuisti

Flede cor et genua prostrato corpore curua

Tegū vitifica veniam deprecere cura

De patientia seruanda in omnibus

Grata medela tibi patientia sit crucifixi

Qua duce fundatus paciēdo sis pmitatus

Ut bene sustineas paciēter cuncta ferendo

Funditus intereas crucifixi vulnera flendo

Esto vigorosus tam cautus et ingeniosus

Ut non deficias sed fortis ad omnia fias

Pro christo leuiter portando dura libenter
Ut patienter agas crucifixi respice plagas
Et penas mille recolas quas pertulit ille
Quis sit temptatus quis tantum vilificatus
Quis tam derisus quis tam despectus et ymus
Quis tam offensus quis durius est reprehensus
Quis sit afflictus patiens in morte relictus
Quis magis afflictus fuit vnq̄ q̄ crucifixus
Hec si mente geris patienter efficieris
Que tibi si sapiant cruciamina dulcia fiant
Sis patiens vere christo confixus adhere
Ut non succumbas nec te per inania tundas
Aspera dum toleras ad christum mente recurras
Conformare tibi qui gaudia vis crucifixi
Ut tibi concordēs penas et vulnera portes
Quando flagellaris sine causa vel tribularis
Non affligaris quia christo tunc similis
Non contristeris hic si despectus haberis
Christo quem queris similis tunc esse mereris
Hec tibi sint cara q̄uis videantur amara
Tanta fuit passus moriens pro te crucifixus
Si bene pensabis leue fiat quod tolerabis
Hec medicina datur patienti qui tribulatur
Ut recolat christum quem scit pro se crucifixum
Q homo sit exemplum aliorum

In te sanctorū vigeant moderamina morū

Actibus in cunctis exemplum sis aliorum

Non sis delator nec mordax insidiator

Sis pius hortator aliorum pacificator

Quod homo non sit accusator

Cute deum sordes si cunctos undiq; mordes

Nis non custodis aliorum viscera rodis

Desine mordere studeas tua crimina flere

Si cupias vere que celsa sunt retinere

Respice clementer excusa compatienter

Hos qui delinquūt sua quos peccamina vincunt

Sis tecum tristis utens sermonibus istis

Peuus ferissem nisi me xristus tenuisset

Plus ego peccassem si non michi dona dedisset

Quod non es victus vicio non est tua virtus

Hoc bonitas xristi fecit. q; non recidisti

Sicut censeri vis excusatus haberi

Sic excusabis alios orando iuuabis

Quod hō nō loq̄tur aliq̄ vñ potest discordia oriri

Hoc penitus serua ne dicas vlla proterua

Ex quibus audiri discordia possit oriri

Non sis verborum penitus recitator eorum

Ex quibus auditis generatur semita litis

Absentis vitam timeas corrodere fratris

Pec maculare velis animam sermonibus atris

Argue te solum nec iudex sis aliorum
Cum tibi multorum non desit causa dolorum
Que bona sunt fari studeas et sic operari
Ne dampnare velis quos tu non vis punitari
Esto tui censor aliorum non reprehensor
Cum vitias multis circumdatus undique culpis
Sepe tuam vitam condempnes non alienam
Cumque tuam videas nimio discrimine plenam
Esto tue vite scrutator non aliene
Cum non sufficias tua scire negotia plene
Que tua sunt videas aliorum facta relinquant
Que tibi prodesse nequeunt sed semper obesse
Si quis te ledit deridet nec tibi credit
Illico parce sibi quia servulus es crucifixi
Qui non offendit parcens moriendo pependit
Pro miseris plorans pro transgressoribus orans
Premeditare sero videas quoque carmine vero
Quomodo vixisti dum clara luce fuisti
Sed bene tunc gaude super hoc et sedulus adde
Si male tunc plange super hoc te durius ange

De requie

Cum vadas cubitum crucifixi fac tibi signum
Que malo compescas crucifixi parce quiescas

De dormitu

Cum dormire velis studeas ut primitus oris

An te tuū sompnū requiescens dicitō psalmum
Occupet orantem te sompnus premeditantem
In cruce distentū crucifixum sanguinolentum
Corpoze plagatum confossum dilaceratum
Pendentem lassum pro te durissime passum
Qui cruce dormire voluit tormenta sitire
Ne mortis dire possis feritate perire

Tis memor orare benedicere glorificare
Ihesum qui flendo doluit pro te moriendo
Qui te cōmittas omni quo tempore viuas
Allud item facias etiam dum surgere curas
Xpisto ductore non vincitur ipse labore
Nec viget in flore nec mundi gaudet honore

Omnia que dixi laus gloria sit crucifixi
Qui bene monstravit q̄ nos feruenter amauit
In cruce pendendo pro nobis et moriendo
Hoc opus expletur crucifixi gloria detur

Imponit finem

Explicunt versus doctrine proficiendi
Et quia recta docent ideo sunt corde tenendi
Qui legis terne mundana negotia sperne
Pro me dignare xpistum quandoq̄ rogare
Ut sim saluatus crucifixo conlociatus
Qui michi verarem tribuat dum vixerō pacem
Post obitum rite me ducat ad atria vite

Per quem vltia datur crucifixi crux recolatue
Si vult dicat ita cui sp̄s est benedicta
Et gemat et ploret suspirans taliter ore
Salue crux sancta qua dantur munera tanta
Fac tua me velle que sunt michi noxia pelle
Da michi virtutem veniam pacemq̄ salutem
Dux michi viuenti protectio sis morienti
Cruce domini salue mortis contraria salue
Fac tibi me seruū p̄cul hostē pelle p̄teruum
Cruce bona cruce alma cruce inclita sis michi palma
Qua mala compescam moriens in pace quiescam
Fac tibi me digne famulari xp̄iste benigne
Perdere regna poli ne perdi utere noli
Te duce sint mecum ihesu me suscipe tecum
In te confisum me ducas in paradysum
Lancea cruce clauis mors vulnera que tolerauit
Ascendunt qua vi miseris a crimine laui
Qui non peccauit que sunt bona semper amauit
Hoc pro gente graui mortis tormenta probauit
Quō respondet xp̄isti seruus perfectus
Quis te lesit ita ihesu dulcissima vita
Insinua nobis cur bone pastor obis
Bene mala gens ausa suspendit me sine causa
Pro mundi vita sum crucifixus ita
Exp̄icit libellus de doctrina religiosoz
Impressus in bulcoducis

Ge
lenses i
orientali

